

Summa Politica.

Serenissimo Principi Lusitaniæ

D. THEODOSIO.

31 *Scripta & dicata* — 1

A SEBASTIANO CÆSARE
de MENESES,

Præfule Comite designato.



AMSTELODAMI,

Typographiæ Simonis Dias
Soeirij Lusitani, An. 1650.

AD LECTOREM.

Semel in lucem prodivit hæc summa Politica Auctore invito, iterum eodem inconfulto typis mandatur, sed vera exscriptio, quæ fit iterati erroris excusatio, quanquam gravius crimen foret lectionis amatoribus, & Politicæ studiosis non propinare Politiam. Qui pondere potius quam mensura ducentur, in ferendo iudicio & si non adæquate veritatem attingunt; ab illius laudibus ab-
A 2 stineo,

INTRODUCTIO.

Regendi ratio ars est, cum tria sint, quæ regi oportet, Homo, Domus, Civitas, ars ut sit triplex necesse est. Prima, qua se quisq; secunda, qua domum tertia, qua civitatem gubernat.

Cum se quisque regit Ethice: cum domum, vel familiam Oeconomia: cum civitatem, vel regnum Politice existit.

Duæ primæ privatæ in proprijs, & domesticis: tertia in communibus, publicisque rebus versatur.

Omnes uno, & eodem vinculo continentur. Homo ad familiam, Familia ad civitatem ordinatur. Familia ex multis hominibus: Civitas ex multis familijs componitur.